

Franckesche Stiftungen zu Halle

Adami Rechenbergi[i] Svmmarivm Historiae Ecclesiasticae

Rechenberg, Adam

Vitembergae, MDCCLXVII

VD18 12484725

Pars I Historiae Ecclesiasticae Veteris Testamenti Delineatio Nem Chronologicam Exhibens

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

[urn:nbn:de:gbv:ha33-1-213274](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:gbv:ha33-1-213274)



HISTORIAE ECCLESIASTICAE SUMMARIVM

PARS I

HISTORIAE ECCLESIASTICAE VETERIS TESTAMENTI DELINEATIO NEM CHRONOLOGICAM EXHIBENS

§. I



*H*istoria Ecclesiastica est notitia rerum in Ecclesia, inde ab orbe condito, ad nostram usque aetatem gestarum, quarum memoriam conservari, utile maxime in Ecclesia et vita Christiana est.

§. 2. Haec, ob duas temporum magnas aeras seu epochas, in historiam *Veteris et Novi Testam.* diuiditur.

§. 3. *Historia Veteris Testamenti*, quae a mundo condito, inchoata ad natiuitatem Christi extenditur, maximam partem ex libris *Vet. Test.* petenda est: in subsidium tamen historia profana uocari debet. (Confer cum *TORNIELLI et SALIANI Annalibus*, IAC. VSSERII *Annales Vet. et Nou. Test.*, *Chronicon* EDVY.

Rechenb. H. E.

A


SIMSO.


SIMSONII, RABINSONII *Annales*, et CHR. SCHÖT-
TANI *Bibliothecam Histor. Sacr. Vet. Test.*

§. 4. Quatuor, haec historia, millia annorum cir-
citer complectitur. Ideo ob rerum maximarum copi-
am et conuersiones, in nouas *periodos*, seu temporum
interualla, a Chronologis uariè distinguitur; ut series
historiae constet, memoriaeque cosulatur discentium.

§. 5. Nobis TH. LYDIATI, *Angli, in Canon. Chro-
nol.* diuisionem in IX. Epochas sequi placet. *Prima*
est, ab Orbe condito, ad diluuium uniuersale, annorum
M D C L V I. Ad hanc spectat historia antediluuiana: in
qua Ecclesia ab Adamo plantata, a Sethitis et Patriar-
chis, (qui *Gen. V.* memorantur,) inter Cainitas improbos,
ad Noachum, usque conseruata memoratur. Quo tem-
pore simplex DEI cultus in sacrificiis a DEO manda-
tis, futurae quippe passionis Christi typis, in inuocatio-
ne et praedicatione diuini Nominis uiraeque sancta con-
sistebat. Vid. *Gen. IV.* 3, 4, et 26, *cap. V.* 22, et 24, et *cap.*
VI. 9. Praecipuum Religionis caput in Proteuangelio,
Gen. III. 15, propositum Theologi passim explicant.

§. 6. *Epocha II*, a Diluuiio ad natalem Isaaci, est an-
norum C C C C L I I. Huc pertinet cultus diuini post dilu-
uium instauratio, *Gen. VIII.* 20, 21. Praecepta Noachica,
quae SELDENVS *de Iur. Nat. et Gent. Lib. I.* c. 10. re-
citat: Repetita diuina benedictio, *Gen. IX.* 2, *seqq.* con-
fusio linguarum, *Gen. XI.* 7, dispersio gentium et earum
idololatria, *Abrahami* euocatio e domo patria, *Gen. XII.*
et *cap. XIII.* 14, 15, 16, *Rom. IV.* 18, 20, *Ebr. XI.* 8, qui colla-
psum diuini nominis cultum restaurauit. Conf. R. MAT-
MONIDES *More Neu. Part. II.* c. 39. Nam DEVS no-
uum cum ipso foedus iniit, cuius monumentum et Sa-
cramentum ipse instituit circumcisionem, *Gen. XVII.*
10, seqq. qua nota quoque *Abrahami* posteritas, e qua
Salua-





Saluator prouenturus erat, ab aliis populis distinguebatur, simul salus et iustitia per Saluatorem acquirenda obsignabantur, *Rom. IV, n.*

§. 7. *Epocha III*, a Natali *Isaaci*, *Gen. XXI*, ad exitum Israelitarum ex Aegypto, est annorum cccc. In hanc incidit historia Patriarcharum, quae a *cap. XXI*, usque ad finem *Geneseos* memoratur. Hoc tempore Religio simplex, absque multarum ceremoniarum apparatu sincera uiguit. *Abrahamus* enim enixum pietatis studium fouens, *Gen. XVII, 1, 7, XIX, 19*, id in sua familia transplantauit ad posteros, uid. *PHILONEM de Abrahamo p. 350. EVSEBIUM de Praeparat. Euang. Lib. IX, c. 4.*

§. 8. *Epocha IV*, ab Exitu Israelitarum ex Aegypto ad templum a *Salomone* exstructum, est annorum cccclxxix. Huc spectant *Mosis* uocatio, uita et res gestae, Israelitarum exitus ex Aegypto, legum diuinarum latio, cultus *Leuiticus*, foedus peculiare *Mose* sequestre, cum populo Israelitico initum, symbolum eius foederis seu sacramentum institutum, *Agnus Paschalis*, occupatio *Palaeestinae*, *Res Iudicum*, *Theocratia* in populo Israelitico ante institutos Reges, *1 Sam. VIII*. Quo temporis interuallo Religio *Ebraeorum*, multis ritibus instructa, Reique publicae innexa fuit: ut gens ad idololatriam prona, facilius in obsequio contineretur, typosque simul beneficiorum Saluatoris haberet. Ideo statim atque Israelitae ad commentitios cultus sese conuerterent, *DEVS* quoque partem publicae libertatis per hostes uicinos delibari passus est, id quod e libro *Iudicum* et *Regum* multis exemplis constat.


§. 9. *Epocha V*, a fundato templo *Salomonis*, ad Monarchiam *Nebucadnezaris* absolutam, annis xvii ante euersionem Templi, annos ccccxiii complectitur. In hanc incidit diuisio regni *Ebraeorum* in *Israeliticum*

et Iudaicum, 1 Reg. XII, actas Prophetarum, qui omnes de Messia eiusque officio vaticinati sunt, ac idololatricam populi subinde detestantes, vtriusque regni interitum praenunciarunt. Qui euenit, cum decem tribus in remotas Orientis regiones auectae essent, 2 Reg. XVII, ib. XVIII, et postea Iudaeos quoque in captiuitatem Babylonicam abduxisset *Nebucadnezar*, Assyriorum Monarcha, 1 Reg. XXV, 1 Chron. XXXVI, et Ier. XLIII, 52. His temporibus in utroque regno idololatria ita inualuerat, vt Prophetae illi extirpandae impares essent; etsi poenas diuinas magno zelo denunciarent imminentes.

§. 10. *Epocha VI*, ab euerfione Templi, ad Monarchiam *Cyri* Babylonicam, est annorum LXX, quamdiu Iudaeorum captiuitas Babylonica durauit, Ier. XXV, Dan. IX, 2. Hoc tempore *Ezechiel* et *Daniel* verae Religionis curam praecipue gesserunt, eamque inter gentiles etiam asserere et profiteri non reformidarunt. Hae tempestate scripti dicuntur libri *Tobiae*, *Iudith*, *Susannae*, *Baruch*, *Esther*.

§. 11. *Epocha VII*, hinc a soluta captiuitate Babylonica, ad vltimum *Darii Codomanni* annum, et finem Monarchiae Persicae, capta ab *Alexandro M.* Babylone, computatur, continens annos CCIV. Huius periodi initio insignes Ecclesiae Doctores celebrantur *Nehemias*, *Esdras*, *Haggaeus*, *Zacharias* et *Malachias*. Fundamenta etiam templi secundi iacta, *Esdr.* I, 2, conf. *Ioseph. Lib. XI, c. 2, 3, 4*, et *Hagg. II, 3*.

§. 12. *Epocha VIII*, a capta Babylone, ad finem regni Macedonici, seu vltimum Ptolomaeorum, et primum *Iulii Caesaris* a victoria Pharsalica, est annorum CCLXXXII. Hoc temporis intervallo Samaritani Religionem ualde turbarunt atque etiam corruerunt.



runt. Nam ab *Alexandro M.* ipsis copia facta erat extruendi templi in monte Garizim, in quo mixtis Iudaeorum et Gentilium ritibus sacrum DEI cultum maxime contaminarunt, ut Iudaeis inde fierent abominabiles. Hasmionaeorum tempore Ecclesia Iudaica multas calamitates sensit ob bella Regum Syriae et Aegypti, itemque Pontificum suorum ambitionem. Vid. IOSEPH. *Lib. XI, c. 8, seq.*

§. 13. *Epocha IX*, a primo iacto per *Iulium Caesarem* Monarchiae Romanae fundamento, ad principium Evangelii, quando CHRISTVS baptizatus est, mediis annis, *Iul. Caesaris* quarto, *Triumviratus Romani* sexto, *Octavii* vel *Augusti Caesaris* LII, *Tiberii Caesaris* XV, est annorum LXXVII. Summa ergo omnium annorum a M. C. usque ad baptismum Christi, erit MMMXXXIII. Sed si ab hac summa annos xxx, quos Christus, cum baptizaretur, expleverat, detrahas, annus *Natiuitatis CHRISTI* in annum *Mundi conditi* MMMIII incidit. Notandum tamen est, Chronologos in designando illo anno, maxime discrepare. Quorum diuersas hypotheses excutere aut componere, maioris res operae est, quam ut hic in compendio confici queat.

§. 14. Interim status Ecclesiae Iudaicae tum mire corruptus fuit. Nam quod regimen ecclesiasticum attingit, Pontifices contra legem singulis annis mutati sunt, uid. EVSEBIUS *H. E. Lib. X*, unde turbae enatae, uid. IOSEPH. *A. Iud. XX, 8*. Lex diuina moralis per glossas et traditiones Rabbiorum contaminata. uid. *Matth. V et VI*. Ipsa Ecclesia, in tres sectas uelut scissa, Phariseorum, Sadduceorum et Essaeorum, multas dissensiones aluit. uid. IOSEPH. *Lib. XII, 9*. BARONII *Apparat. ad Annal. Eccles. n. VIII*, et IS. CA-

SAYBONI *Exerc. I ad Appar. Baron. n. IX.* His accedebant et *Herodiani*, qui ex adulandi studio, *Herodem* pro Messia uenditasse dicuntur. Erant praeterea *Samaritae*, qui gentilissimum cum Iudaismo miscuerant; Iudaeis ideo detestabiles. *Karraei* Sadducacorum furculus, literam tantum legis Mosaicae urgentes, Rabbinorum traditiones spernebant, ac puncta etiam codicis Ebraei reiiciebant. Vid. SCALIGERI *Elench. Trihaeres.* et HOTTINGERI *Theaur. Philol. Lib. I, c. 1, S. V.* IOSEPHVS *Lib. V de B. Iud.* etiam *Zelotas* memorat, qui praetextu legis uel religionis grauissima scelera admittere non uerebantur.

§. 15. Hoc exulceratissimo Ecclesiae Iudaicae tempore, CHRISTVS, Saluator mundi, praemisso poenitentiae praecone, *Iohanne Baptista*, nasci uoluit, ut omnia repararet, et quae ad uiam salutis mortalibus necessaria sunt, ipse panderet. Id quod ex historia Euangelica omnibus constare satis poreft. IESVM autem Nazarenum esse uerum illum Messiam a DEO promissum et tot anxiiis Patrum uotis optatum, contra profanas improborum hominum recentium nugas, incomparabili opere, *de Demonstratione Euangelica*, hic Lipsiae recusa, HVETIVS, *Episcopus Abricensis* in Gallia, euicit.



PARS

